CNota q̄ si duo signa distributiva cadunt super aliquem terminum cōmūnem illa se impeditūt ita q̄ terminus communis non stat distributivē: vt nō omnis hō est animal: supponit li homo determinate: vnde aduerte q̄ vel embo signa distributiva sunt affirmativa vel negatiua aut vñū ē affirmatiuum & aliud negatiū: si affirmativa tunc terminus communis stat determinate: vt tu differe ab omni bo- mine: supponit li homine determinate. Si negatiua imediate cadentia iterū sup- ponit determinate: vt non nullus homo currit: li homo supponit determinate: si vō cadant imediate terminus communis stat confuse tm̄: vt nullus homo non cur- rit: supponit li currens confuse tm̄: vel vnum est affirmatiuum & aliud negatiuum iterum stat determinate: vt nō omnis homo currit stat li homo determinate vt p3 per equipollentes. Attende tamen q̄ si illa signa non caderent taliter supra termi- num communem q̄ quolibet per se distribueret illum tunc se non impediunt: vt dicēdo. A sorte differt omnis homo: supponit li homo distributivē: quia li differt non habet vim vt confundat li homo: quia non distribuit nisi casum rectum & po- situm a parte post: sed dicendo sortes differt ab omni homine: stat li homine deter- minate: quia signa cadunt taliter q̄ se impidiunt.

Cultimo nota qd si duo signia cadunt super terminum communem ita qd vnum illorum sit distributiu[m] & alterum confundens confuse tm tunc semper terminus communis stat distributiu[m]: sed aliquando immobiliter: ideo vide si signum confundens confuse tm habeat vim mobilitandi vel immobilitandi. Si primo modo tunc stabit distributiu[m] mobiliter: vt scio omnem propositionem: supponit li propo[n]tem distributiu[m] mobiliter. Si secundo modo tunc stabit distributiu[m] immobiliter: vt necessario omnis homo est animal: supponit li homo distributiu[m] immobiliter.

De relatiis.

C^rRelatiuum.



Pro quo relativia supponunt

Relatum diversitatis substantie et possessorum. Similiter relatum accidentis tam idemtatis quam diversitatis non supponit pro illo per quo suum antecedens sed pro alio: exemplum de relatio diversitatis substantie: aliquis homo currit et aliud dormit; pro alio supponit aliud et pro alio li homo; exemplum de possesso alii: quis homo diligit suum seruum; pro alio supponit li homo; pro alio li seruum; quia aliquis homo pro domino et relatum pro suo seruo. Exemplum de relatio identitatis: accidentis: ut aliquis homo est albus; et talis est cygnus: non supponit li talis pro albedine hominis: sed pro alia sibi simili. Exemplum de relatio diversitatis accidentis: ut cygnus est albus et aliudmodi est corvus: supponit li aliudmodi pro dissimilius pro quo suum antecedens supponit.

De relatio identitatis substantie.

Relatum identitatis substantie semper supponit pro illo pro quo suum antecedens supponit: nisi fuerit possessum: et hoc simpliciter si fuerit categorice relatum: vel in comparatione ad alterum extremorum si fuerit hypothetice relatum exemplum primi sortes currit qui mouetur: supponit li qui pro sor. exemplum secundi aliquis homo est latro et tu es ille: supponit li ille pro aliquo homine non simpliciter sed pro eo qui est latro. Et hoc est semper verum quod relatum hypothetice relatum refert suum antecedens non simpliciter sed in comparatione ad alterum extremorum: nisi antecedens sit distributivum: quia tunc non refert nisi solus antecedens: ut quilibet homo currit et ille mouetur: supponit li ille pro quilibet homine: et non refert antecedens replicando: sed solum simpliciter scilicet et ille id est quilibet homo mouetur.

Quomodo relativia supponunt. prima regula.

Omnis relatum supponens pro alio quam suum antecedens excepto possesso non sequitur regulam sui antecedentis sed sui signi vel situs: unde aliquando supponit eodem modo: ut aliquis homo currit et aliud dormit: ambo supponunt determinate: aliquando relatum confusius: ut homo est albus et nullus talis vigilat: antecedens supponit determinate et relativum distributivum: aliquando econverso: ut quilibet homo est albus et talis currit: antecedens stat confuse distributivum et relatum determinatum.

secunda regula

Omnis relatum idemtatis substantie in eadem categorica sive antecedentis supponit eodem modo sicut suum antecedens: nisi antecedens sit confuse tantum quia tunc relativus stat determinatus: ut homo currit qui mouetur: supponit li qui determinatus: sicut suum antecedens: ut omnis homo qui currit mouetur: supponit li qui distributivus: sed dicendo: omnis homo est animal quod est rationale: supponit li quod determinatus. Et nota quod cum dicitur omnis homo videt se: supponit

Tractatus secundus

nit relativum distributum sicut antecedens: non simpliciter: sed referendo singu-
la singulis: et ideo non significat quod omnis homo videt omnem hominem: sed quod
videt se: et iste se: et sic de singulis.

Tertia regula.

Omne relativum identitatis substantie hypothetice relatum stat sicut si in an-
tecedens: sed magis limitate: nisi antecedens supponat confuse tamen: quia tunc non
solum stat magis limitate: sed etiam determinate: exemplum regule est si dixeris: ali-
quis homo est animal: et tu es ille: ita supponit determinate li ille sicut li homo: sed
tamen si ille magis limitate: quia refert replicando totam compositionem sui ante-
cedentis: et ideo significat quod tu es aliquis homo qui est animal: et non solum quod tu
es aliquis homo. In hoc differt a relativo categorice relato: quia id refert non re-
plicando: et hoc quia est in eadem categorica. Et ex his patet quod hec est falsa: al-
quis homo est: et qualibet homo est ille: quia secunda pars significat quod aliquis ho-
mo qui est: qualibet homo est: quod est falsum: et non significat quod qualibet homo est
aliquis homo: quia relativum stat determinate: et nunc antecedens positum loco re-
lativum stat confuse tamen. Ideo non semper licet loco relativi ponere suum antecedens:
nisi seruetur suppositio: et si non potest fieri in eodem situ oportet facere propositiones
aliquas de inconsueto modo loquendi: ut sint conuertibilis cum priori: verbi
gratia: ista est falsa: aliquis homo est: et nullus homo est ille: nec significat secunda
pars quod nullus homo est aliquis homo qui est: sed significat quod aliquis homo qui est
nullus homo est: ut saluetur suppositio. Ex hoc si concluditur quod signum uniuersa-
le negativum non impeditum non confundit predicatum: et tamen precedit totam
propositionem: et predicatus est terminus communis: ut patuit de ista nullus homo
est ille: ubi li ille stat determinate: huic dicitur concedendo totum: quia predictum
non est capax confusionis: et hoc semper superius fuerat expressum: et ideo nil est co-
tra predicta.

De ampliatione.

Ampliatio est acceptio termini ultra significationem verbi principalis vel parti-
culi eiusdem: ut homo fuit: supponit li homo non solum pro homine qui est: nec so-
lum pro homine qui fuit: sed disiunctum pro homine qui est vel fuit.

Prima regula.

Omnis terminus supponens a parte ante respectu verbi de preterito vel sui parti-
cipii ampliatur ad supponendum pro eo quod est vel fuit vel fuerat: ut homo fuit
supponit li homo pro eo homine qui est vel fuit: et intelligitur ista regula: nisi fiat re-
strictio: ut homo qui est fuit: non supponit li homo ampliatiue. Et iuxta banc re-
gulam conceduntur tres conclusiones.

Prima conclusio

Aliquis homo fuit ab eterno.

Secunda conclusio

Puer fuit senex.

De ampliatione

Certia conclusio. Pater fuit sine filio et filia. Eadem exempla possunt formari de participijs.

Secunda regula.

Connis terminus supponens a parte ante respectu verbi de futuro vel sui participij: ampliatur ad supponendum pro eo quod est veterit. Et iuxta hanc regulam conceduntur tres conclusiones.

Conclusio. Aliquis homo erit quando erit mortuus: et hoc est vera de iesu christo domino nostro ante passionem suam.

Conclusio. Mortuus cantabit.

Conclusio. Album erit sine albedine.

Tertia regula.

Connis terminus supponens a parte ante et a parte post respectu istorum verborum incipit: definir: potest: contingit: et suorum participiorum et terminorum verbaliū significantium aptitudinez: ut verba terminata in biliis vel in biles: ut amabilis vel amabile: similiter cursor: et scriptor: que non significant aptum sed aptitudinem: nam aliquis non scribens nec currere est scriptor: et cursor: ampliatur ad supponendum pro eo quod est vel potest esse vel incipit vel definit vel contingit esse: et iuxta hoc conceduntur tres conclusiones.

Conclusio. Album potest esse nigrum.

Conclusio. Papa potest esse laicus.

Conclusio. Creans pot est deus quis nihil creer.

Quarta regula.

Connis terminus supponens a parte post in actibus: et a parte ante in passim re spectu verborum vel terminorum potentium extendere actum suum tam in ens quam in non ens ampliatur ad supponendum pro eo quod est vel potest esse vel intelligi: ut intelligo chimeram: supponit li chimera pro eo quod est vel potest esse vel intelligi vel imaginari chimera.

Cadem dicas de istis verbis imaginor: colligo: cogito: significat: et supponit: quod enim contingit intelligere contingit et significare et supponere: et iuxta hoc tres conclusiones conceduntur.

Conclusio. Intelligo non ens.

Conclusio. Intelligo non intelligibile.

Conclusio. Intelligo chimeram: quia nulla sit nec possit esse.

Ex dictis sequitur quia tertio adiacente ad secundum adiacens non valet consequentia affirmativa in terminis ampliatiuis: unde non sequitur. Adam est mortuus ergo adam est.

Sequitur secundo quia ista non est bona conuersio: Adam est mortuus: ergo aliquid mortuum est adam: sed sic debet conuertere: aliquid mortuum est vel fuit adam et ita obversus in verbo de futuro et in ceteris ampliationibus.

Sequitur tertio quia iste non est bonus sillogismus: Omne futurum est. Antichristus est futurus: ergo Antichristus est: quia li Antichristus in minori supponit ampliatione

Tractatus secundus

et non in conclusione: et quia si futurum in maiori est nomen et in minori est partici-
pium: quia quando participium immediate non postponitur verbo et nomen: qa-
tunc non sit unum ex verbo et participio: ideo minor debuit esse ista: antichristus
est aliquid futurum: et tunc minor esset falsa: unde non sequitur. Antichristus est
futurus: ergo est antichristus futurus.

De appellatione.

Appellatio est acceptio termini in propositione limitati vel per verbuz vel par-
ticipium: ut sortes est homo: si sortes: et si homo appellat tempus presens id est sup-
ponit solum pro sorte qui est et pro homine qui est.

Appellatio.

Ampliationis

Temporis

Forme

De appellatione ampliationis.

Appellatio ampliationis est exceptio termini in propositione limitati per ver-
bum ampliatuum a parte ante et a parte post vel suum participium vel verbale ut
sortes incipit esse papa: tam si sortes quam si papalat ampliatue pro eo quod est vel i-
cipit esse: sed differenter: quia si papa appellat latinceptionem ita quod si est pro eo quod
est vel incipit esse: tamen restringitur ad staudum pro eo quod incipit esse: sortes vo-
stat absolute ampliatue.

Regula

Omnis terminus sequens aliquod istorum verborum: incipit: definit: potest:
contingit: vel suorum participiorum: vel verbalium significantium aptitudinem:
appellat propriam ampliationem illorum: ut in exemplo patet superius posito.

De appellatione temporis.

Appellatio temporis est acceptio termini in propositione limitari per terminum
verbalem seu naturam temporalem verbi vel participij: ut sortes est homo: suppo-
nit si sortes et si homo solum pro presenti sicut copula verbalis solum presentia inter-
consignificat.

Prima regula.

Omnis terminus supponens tam a parte ante quam a parte post respectu verbi de-
presenti: sine participio preteriti vel futuri: nullo etiam termino verbali sequente:
appellat tempus presens: ut anima petri est spiritus: tam si anima quam si spiritus et si
petri stant pro eo quod est tamen.

Secunda regula.

Omnis terminus sequens verbum de preterito vel futuro vel suum
participium appellat tempus preteritum vel futurum: ut sortes fuit al-

de probationibus

bus supponit li albus pro eo solum quod fuit. Similiter sortes erit albus supponit li albus pro eo solum quod erit album.

Prima conclusio

C Et ideo conceditur q̄ aliquod album fuit sortes: & tamen sortes non fuit aliqd album: dato q̄ sortes nunc primo sit albus: & ante hoc fuerit niger.

Secunda conclusio.

C Similiter episcopum videbis: & non videbis episcopum: dato q̄ videbis sortes q̄ post hoc erit episcopus: & nūc sit laicus: & q̄ videbis ipm qn̄ erit laicus & nā poss

De appellatione forme.

C Appellatio forme est acceptio termini in propositione limitati per verbum vel participium significans actum vel habitum mentis.

Regula.

Omnis terminus non simpliciter demonstrativus: sequens verbum vel participium significans actum vel habitum mentis appellat formē idest significat significatum suum sub propria ratione: ut cognosco sortem li sortes appellat suam formā idest significat q̄ cognosco sortem sub ratione qua sortes: sed dicendo cognosco hoc: li hoc non appellat: quia non est differentia inter significatum & rationē pro priam: ideo esset nugatio.

Prima conclusio.

Ex quibus sequitur q̄ christum crucifixum de virgine natum adorauit Aristoteles: licet non adorauit christum crucifixum de virgine natum similiter.

Secunda conclusio.

Patrem meum velle in fonea: & non velle patrem meum esse in fonea.

Tertia conclusio.

Potum venenosum desidero bibere: si non desidero bibere potū venenosum.

de probationibus terminorum.

Propositionum.

Mediata: est que habet medium quid potest probari.

Immediata: est que nō habet medium quo p̄bari: & hoc ē

Mediata quintuplex.

Resolubilis. Exponibilis. Officiabilis. Descriptibilis. Probabilis p̄ causas veritatis.

De resolubili propositione.

Resolubilis est triplex: scilicet indefinita: particularis: singularis non demonstrativa simpliciter: que probantur sumendo duo pronomina demonstrativa simpliciter: primum conforme subiecto propositionis resolubilis: & secundum in recto ut patet

Indefinita homo currit hoc currit. in exemplis.

homo currit

hoc est homo

q̄ homo currit.

Tractatus tertius

| | |
|--|---|
| C Particularis | boc currit. |
| Aliquis homo currit | hoc est aliquis homo. |
| S Singularis | g aliquis homo currit. |
| Sortes currunt. | hoc currit |
| A Ampliative | hoc est sortes |
| Homo disputabit | g sortes currut. |
| Homo incipit currere | hoc disputabit |
| In genitivo casu | hoc est vel erit homo |
| Angeli est bona societas | homo disputabit. |
| In dativo casu | Hoc incipit currere |
| Deo placeo | hoc est vel incipit esse homo |
| In adverbio | homo incipit currere. |
| Aliquando lego | Huius est bona societas |
| Cras disputabis | bic est angelus |
| In dativo casu | angeli est bona societas |
| Deo placeo | buc placeo |
| In adverbio | bic est deus |
| Aliquando lego | deo placeo |
| In genitivo casu | nunc lego |
| Angeli est bona societas | nunc est aliquando |
| In dativo casu | aliquando lego |
| Deo placeo | Tunc disputabis |
| In adverbio | tunc est vel erit cras |
| Aliquando lego | cras disputabis |
| C De disiuncto collective sumpto | |
| homo vel | hoc est asinus |
| asinus | hoc est homo vel asinus |
| est asinus | g homo vel asinus est asinus. hec est falsa |
| C De disiuncto divisive tento. | |
| homo vel asinus | hoc vel asinus est asinus |
| est asinus | hoc est homo |
| | homo vel asinus est asinus. hec est vera. |
| C Ita dicitur de copulato: ut sortes et plato currunt: et de conditionato: ut sortes | |
| est homo est risibilis. | |

D e particulari indefinita et singulari nega
tiva.
C Particularis vero indefinita: et singularis negativa posunt probari dupli-
citer: primo resolutore: et hoc vbi subiectum pro aliquo supponit: vbi vero pro nul-
lo supponit non potest probari resolutore: quia minor est falsa: debet igitur tunc ali-
ter probari scilicet per suum contradictorium. verbi gratia: chimera non est homo:
probatur hoc modo: si uim contradictorum est saluum: ergo ista est vera. Et iuxta
hoc conceditur primo.

Prima conclusio

De vniuersali affirmatiua

77

CMinori te et quolibet maior te tu es maior.
Maior te et quolibet minor te tu es minor. Et hoc sumendo istas ut sunt de copulato subiecto.

Secunda conclusio.

CAlbum potest esse nigrum.

Predestinatus potest esse prescitus.

Justus potest esse iniustus.

Tertia conclusio.

CAlbum fuit quando non fuit album.

Cheri episcopus predicanit quando non predicanit episcopus.

Justus iniustissime condemnabitur pro peccato suo.

De exponibili.

Exponibilis propositionis multas species: et primo de vniuersalibus affirmatis est dicendum.

De vniuersali affirmatiua.

CUniuersalis affirmatiua exponitur per duas exponentes. scilicet per preiacentem et vniuersalem negatiuam: in qua ponitur si quis inter totum subiectum et predicationem: et ei subiungitur hoc pronomen relativum ille illud in casu consimili subiecto exponibilis.

Ecce exempla.

CQuilibet homo currit.

Et nullus est homo quin ille currat.

Luiuslibet hominis interest legere.

CHominis interest legere

Et nihil est homo quin illius iteret legere.

Omnis sacerdos potest esse papa.

CSacerdos potest esse papa

Et nihil est vel potest esse sacerdos quoniam ille possit esse papa.

CIta dicatur de alijs verbis ampliatiuis.

CUbiq; tu es.

CAlicubi es

Et necibi es quin ibi sis.

CSemper es

CAliquando es

Et nunc es quin tunc sis.

COmnis homo vel asinus est asinus.

CHomo vel asinus est asinus.

Et nihil est homo vel asinus quoniam illud sit asinus.

Et isto modo est falsa: quia secunda exponens est falsa.

COmnis homo vel asinus est asinus.

CHomo vel asinus est asinus.

Et nihil est homo quoniam illud vel asinus sit asinus.

Et hoc modo est vera: quia ambe exponentes sunt vere.

c h

Tractatus tertius

De vniuersali negatiua.

C^{on}Uniuersalis negatiua non exponitur: sed probatur dupliciter scz per singula-
res vel per suum contradictorium.

Primo modo

Nullus homo est asinus.

secundo modo

Nec iste homo est asinus nec
iste homo est asinus & isti sunt
omnes homines masculi: er-
go nullus homo &c.

Suum contradictoriu^m huins ē
falsum. s. illud: aliquis homo est
asinus: ergo illa vñis negatiua ē
vera: nullus homo est asinus.

C^{on}Ex dictis infero aliquans conclusiones.

Prima conclusio.

C^{on}... & quod eus fecit est in hoc instanti. Similiter:
Omne quod fuit & erit est nunc. Similiter.
Omne quod erat est nunc.

Secunda conclusio.

C^{on}Sortes est omnis homo hic: & tamen sortes hic non est omnis homo. similiter.
Tu es omnis homo hoc modo: & tamen hoc modo tu nō es omnis homo. similiter.
Tu es omnis homo videns sortem: & tamen tu non es omnis homo vidēs hōe.

Tertia conclusio.

C^{on}Quelibet singularis huins vniuersalis omnis hō est: est vera: & tamen nō que-
libet singularis alicuius singularis est vera. Similiter omnis filius huini animalis
est asinus: & tamen non omnis filius alicuius animalis est asinus: iste omnes pro-
positiones possunt probari exponibiliter: & non sint omnes vniuersales. Sⁱdeo
eas congregari simul: quia multis locis deseruunt.

De positio. o.

C^{on}Posituum comparabiliter sumptū per eque: exponitur per tres exponentes:
duas in quibus ambo extrema comparationis conueniunt: & tertiam negatiuam
per negationem sui comparatiū: salua suppositione terminorum. Exempla sūt ista.

Tu es ita fortis sicut petrus.

Tu es fortis

Petrus est fortis

Non petrus est fortior te.

Tu es ita fortis sicut omnis homo.

Tu es fortis

Homo est fortis

Non omnis homo est fortior te.

Prima conclusio.

C^{on}Tu es ita fortis sicut omnis homo mundi: & tamen non es ita fortis sicut aliquis
homo mundi.

Secunda conclusio.

C^{on}Diabolus non est ita malus sicut deus: & tamen diabolus est pessima creatura.

Tertia conclusio.

C^{on}Campanile dini marci est ita magnum sicut tu: & tamen tu non es ita magnus

de cōparatiuo & superlatiuo

sicut campanile divi marci.

De comparatiuo.

CComparatiuum exponitur per tres exponentes: duas in quibus ambo extrema comparationis conueniunt & tertiam in qua secundus extremum negatur a primo per positum comparabiliter sumptum: cum nota equalitatis salua suppositione terminorum. Exempla sunt ista.

Ego sum iocundus

Tu es iocundus

Non tu es ita iocundus sicut ego

Tu es maior omni homine.

Tu es magnus

homo est magnus

Non ois homo est ita magnus sicut tu

Prima conclusio.

Ego sum maior omni homine mundi: & sum minor omni homine mundi.

Secunda conclusio.

Tu es melior omni homine mundi: & tamen non omni homine mundi tu es melior

Tertia conclusio.

Ego sum potentior te & leone: & tamen non sum potentior leone.

De superlatiuo.

CSuperlatiuum potest dupliciter sumi: primo absolute: secundo respective. Exemplum primi: sortes est fortissimus. Exemplum secundi: sortes est fortissimus illo: primo modo exponitur per duas exponentes: secundo per tres: semper salua suppositione terminorum.

Primo modo sortes est maximus.

Secundo modo sortes est maximus istorum

Sortes est magnus

Sortes est magnus

Sortes non potest
esse maior in sua la-
titudine.

Isti sunt magni
Non isti sunt ita magni:
sed valde minores sorte.

Prima conclusio.

Decem sunt genera generalissima: & nullum istorum est generalissimum illorum.

Secunda conclusio.

Tu es fortissimus istorum: & tamen tu non es fortissimus.

Tertia conclusio.

Tu es calidissimus omnium hominum: & tu non es frigidissimus omnium hominum.

De differt: aliud: non idem.

CDifferit: aliud: non idem. exponuntur per tres exponentes: duas affirmativas & tertiam negativam: salua semper suppositione terminorum: & tempore idem: tate.

Exempla sunt ista.

Sortes differt ab omni homine.

Sortes est

Nomoest.

Et sortes non est omnis homo.

Tractatus tertius

Sortes differt a platone.

Sortes est plato est

Sortes non est plato
Sortes differebat a platone.

Sortes erat

Et plato erat secum

Et sortes non erat plato.

Sortes differt ab antichristo.

Sortes erit Antichristus erit secum Et sortes non erit antichristus.
Prima conclusio.

Tu es aliud a deo: et tamen tu non es aliud ab aliquo ente.
Secunda conclusio.

Tu non es idem chimera: et tamen tu non es non idem chimere
Tertia conclusio.

Licet in diuinis pater sit aliis a filio: tamen pater non est aliud a filio. Nam ista
pater est aliis a filio probatur sic: pater est: et filius est: et pater non est filius: et hoc
est verum: sed illa pater est aliud a filio. probatur sic: pater est: et filius est: et pater no
est eadem res que est filius. Et hoc est falsum: unde conceditur in diuinis quod pater
est idem filio: et non est idem filio: tenendo ut idem in prima in neutro genero: et in
secunda in masculino genere: et ideo non contradicunt.

De exceptiis: et primo affirmatiua.

Exceptiua affirmatiua exponit per duas exponentes: in quarum prima re
mouetur predicatum a parte extra capta: et in secunda affirmatur idem predicatu
de subiecto cum parte extra capta infinita. Exempla sunt ista.

Omnis homo preter sortem currit.

Sortes non currit Omnis homo non sortes currit.

Ista vero. Non omnis homo preter sortem currit: probatur per suum contradictorium.

De exceptiua negatiua.

Exceptiua negatiua exponit per duas exponentes in quarum prima affirma
tur predicatum de parte extra capta: et in secunda negatur predicatum de subiecto
cum parte extra capta infinitata. Exempla sunt ista.

Nullus homo preter sortem currit Omnis homo preter sortem non currit

Sor.currit: et Nullus homo non sor.cur. Sor.cur. et Ois homo non sor.currit.

De exceptiua propria.

Ad exceptiua propriam requiriuntur duo.

Primum quod illud a quo fit exce
ptio stet confuse distributio

Secundum quod pars extra capta sit mi
nus communis illo a quo fit exceptio.

Corollarium. Non omnis exceptiua repugnat sive preiacens: patet de ista

De exclusiis

19

omne ens preter chimera est ens. Aliud corelarium.

Contradiccio exceptiva habet vim immobilitandi terminū precedentēz: patet de illa omnis homo preter sor. currit: si homo supponit cōfusus distribuitur immobiliter: quia si descenderetur fieret exceptiva imp; propria propter defectum prime conditiōnis: et non habet illam vim ab aliquo signo nisi a li preter ut patet.

Conclusiones.

Cu non differs nisi ab asino: et non a nullo nisi ab asino differs. prima pars patet quia differs ab asino: et non differs ab alio q̄ ab asino: prima exponens patet. scilicet tu differs ab asino: et secunda probatur: quia si non detur oppositum: tu differs ab alio q̄ ab asino: ergo tu non es aliud q̄ asinus: qd̄ est falsum: patet consequentia ab exposita ad unam suarum exponentiū. Deinde probatur q̄ non a nullo nisi ab asino differs: quia si non detur oppositum q̄ a nullo n̄ differs. Gitur a nullo non asino differs: patet consequentia ut pruis et consequens falsum est: quia suam contradictionem est verū. s. ab aliquo nō asino differs: quia ab equo ideo concedit q̄ non differs ab alio q̄ ab asino: et tñ ab alio q̄ ab asino differs.

De exclusiis.

Cinquinq; modis exclusione fieri possunt sine negatione sequente: primo cum nota exclusionis precedit et cadit supra subiectū tantū: et exponit per copulatū: exemplum: tm̄ sor. currit: sortes et nibil non sor. currit: ita q̄ si copulatū et non copulatum. Secundo cum cadit supra totum: et tunc exponitur per copulatum.

Exemplum.

Tantum sortes currit

Sortes currit:
illa vocatur preiacens.
Tertio cum nota exclusionis cadit inter partes subiecti et tunc exponitur per copulatum: verbi gratia.

Et nibil non sortes currit
illa est negativa de subiecto infinite.

Sortes disputans.

Sortes tantum disputans placet.

Et non disputans placet.

Quarto cum nota est inter subiectum et predicatum: siue precedat siue sequatur copulam principalem et tunc probatur per copulatum: verbi gratia.

Sortes tantum est homo.

Sortes est homo.

Sortes est tantum homo

Et sortes non est nō homosita

q̄ una negati o sit ad verbum principale et alia infinitatio ad predicatum.

Quinto cum nota exclusionis est inter partes predicatorum: et tunc exponitur per copulatum: verbi gratia.

Sortes est animal tm̄ bipes.

Sortes est animal bipes.

Et sortes non est animal non bipes ita

q̄ cadat infinitatio ubi nota conclusionis prius erat.

CUlterius istos quinq; modos sine negatione sequente: sicut alie quattuor cum negatione sequente de quibus per ordinem dantur exempla et expositiones: primo cum nota precedit et solum cadit supra subiectū: et tunc exponit per copulatum: verbi gratia.

c iij

Tractatus tertius

Tantū sortes non currit.

CSortes

Et nihil non sortes non currit.
Et ista significat q̄ illud quod est sortes & non aliud q̄ sortes id dico non currit.
Secundo cum cadit in totam propositionem: & tunc probatur per copulatiuam me-

diante signo distributiuo affirmatiuo hoc mod o.

Tantum sortes non currit

Sortes non currit

Et q̄ uolubet non sortes currit.
Tertio cum cadit inter partes subiecti & tunc probatur p̄ copulatiuū: vt in exemplū.
Sortes tantum disputans non currit.

Sortes disputans

Et non non disputans non currit
Quarto cum nota est inter subiectum & predicatum & precedit copulam tunc pro-
batur per copulatiuam.

Sortes tantū non est disputās

Sortes non est disputans

Et sortes est quodlibet non disputans
Quinti modi non potest dar erregula cum negatione sequente: quia tunc nega-
tio sequeretur verbum principale: & sic esset potius infinitatio q̄ negatio. Et si di-
c̄ q̄ possit adhuc vari alia exclusiva que non esset aliqua dictio. ix. modis. s. cū
li tantū sequeretur totam p̄positionē: vt dicendo homo est ridens tantū huic dici-
tur q̄ illa reducitur ad quartū modum prius positum: nam ista equivalent ad bonū
intellectum: for. est ridens tm̄: & soz. est tm̄ ridēs: itaqz. ix. e exclusuarū sunt ordines
seu modi inuicem non coincidentes: & non possunt esse plures: quia non videtur
quomodo aliter possit exclusionis nota in propositione ponī.

Prima conclusio

Tu tantum es homo: & tamen non tantum tu es homo.

Secunda conclusio.

Tantum sortes currit: & non tantum sortes currit: dato q̄ li tantum cadat solum
supra subiectum in prima & in secunda supra totam propositionem.

Tertia conclusio

Ista propositio homo est aminus precise significat verum & falsum: possibile & im-
possibile: immo necessarium & impossibile.

Postremo hic aduertit q̄ dictio exclusiva quādō cadit supra: terminū pluralis
numeri potest expōit dupliciter: primo per notam infinitatis: secundo per notam
pluralitatis: verbi gratia.

Tantū duodecum sunt apostoli dei.

Duodecum sunt apostoli dei
& nulla non duodecum sunt
apostoli dei: & hec est falsa.

Duodecum sunt apostoli dei
& non plures q̄ duodeci sunt
apostoli dei: & hoc mō ē vera

De reduplicatiis.

Nota q̄ iste note siue dictiones, s. in quantū p̄out; per se; s̄m qđ: possunt teneri dupl̄citer; primo specificatīe; secūdo reduplicatīe; primo modo nō exponunt sed. describuntur; sicut ego peto a te pecuniam in quantū heres. i. ego peto a te pecuniam ea ratione qua heres. Secūdo modo exponuntur per tres exponentes duas absolutas et tertiam conditionatam trāscenderet ut in exemplis petet manifeste.

Et sine negatione sequente.

Sortes inquantū homo est animal.

Sortes est homo

Sortes est animal

Et aliqd est homo id est animal.

Homo inquantū hō nō est angelus

Lu negatione sequēte

Homo est hō

Homo nō est angelus

Et si aliqd est hō id nō est angelus.

C Si vero negatio precedit notam reduplicatiū: s̄t tunc exponitur per probatū vel imp̄obatur per suum contradictoriū: verbi gratia: volo p̄obare qđ hec est vera: sortes non inquantū homo est sortes: arguo sic suum contradictoriū est falsū: scilicet sor. inquantū hō est sortes: ergo hec est vera scilicet sor. nō inquantū homo est sortes consequentia tenet per legem contradictioniū: antecedēs patet exponēdo

Dama conclusio.

Deus homo est infinitus et immensus: et tamen deus homo non inquantū homo est infinitus et immensus.

Secunda conclusio.

C Sortes inquantū homo est visibilis: et tamen sortes non inquantū animal est visibilis.

Tertia conclusio.

Aliqua inquantū conueniunt differunt: et tamen non aliqua inquantū conueniunt differunt: tenendo in prima li inquantū reduplicatiū: et in secunda specificatiū. Similiter conceditur qđ ens inquantū ens est subiectum metaphysice: tenendo li inquantū specificatiū: et tamen ens non inquantū ens est subiectū metaphysice: tenendo li inquantū reduplicatiū.

De immediate.

C Immediate exponitur per duas exponentes: videlicet per priam am preiacentē et secundam uniuersalem negativam sibi correspondentem in bunc modum. Sine negatione sequente de futuro.

Immediate post hoc erit antichristus.

Post hoc erit antichristus

Et nullum erit instans post hoc quin inter illud et hoc erit antichristus.

De immediate sine negatione de preterito.

Immediate ante hoc fuit antichristus.

Tractatus tertius

Ante hoc fuit antichristus

Et nullum fuit instans ante hoc: qn inter illud et hoc fuerit antixps.

De immediate cum negatione sequenti.

Immediate post hoc tu non eris papa.

Post hoc tu non eris papa

Et nullū erit instas post hoc: qn inter illud et hoc tu nō eris papa.

Ita dicatur de preterito uno modo.

C Si vo negatio precedat: tunc non exponitur: sed more consueto probatur per suum contradictorium; vt hec est falsa. Immediate post hoc tu eris papa: ergo ista negatio est vera: non immediate post hoc tu eris papa: similiter ista est falsa.

Immediate post hoc tu non eris homo: ergo ista est veramē immediate post hoc tu non eris homo.

Prima conclusio.

Immediate post hoc duo contradictoria in unicem contradictione erunt vera et falsa: et tñ nō s̄l erūt vera nec falsa. Secunda conclusio.

Immediate post hoc erit aliquid instans: quod non immediate: sed mediate post hoc erit.

Tertia conclusio.

Immediate post hoc aliqua pars huius spatij erit pertransita: et tamen nulla pars huius spatij immediate post hoc erit pertransita.

De necessario.

Necessario exponitur per duas exponentes: scilicet per primum preiaceentez et secundam per oppositas qualitates bin exgentiam verbivt in exemplo patet.

De necessario dñ pñti affirmatiue.

Necessario deus est.

Deus est

Et non potest esse quin deus sit.

Lum negatione sequenti et de presenti.

Necessario vacuum non est.

Vacuum non est

Et non potest esse qd vacuum sit.

De preterito affirmatiue.

Necessario deus fuit.

Deus fuit

Et non potest esse quin deus fuerit.

De futuro cum negatione sequenti.

Necessario chimera non erit.

De affirmatiuis et negatiuis

Chimera non erit.

CSi vero negatio procedat: tunc non exponit: sed per suum dictorium probat vel ipso probat. ubi gra: hec est vera non necessario chimera est: quod hec est falsa non necessario chimera est.

Prima conclusio.

CNon necessario tu es: et tamen necessario tu es sumendo licet necessario in prima adverbialiter: et in secunda nominaliter et causus ablativus: quia sic debet resoluti.

Secunda conclusio.

CNecessario aliqd est quod contingenter est et non nihil quod necio est contingenter est.

Tertia conclusio.

CNecio tu curris vel tu non curris: et non necio tu curris: nec necio tu non curris.

De contingenter.

Contingenter similiter exponitur per duas exponentes: primam preiacentem et secundam per oppositas qualitates sive exigentiam verbi.

De contingenter affirmatiue de preseti

CSortes est

Et potest esse quod sortes non sit.

De preterito affirmatiue.

Antichristus non est

Contingenter antichristus non est.

Et potest esse quod antichristus sit.

De preterito affirmatiue.

Adam fuit.

Contingenter adam fuit.

Et potuit esse quod adam non fuerit.

De futuro negatiue.

Lotungenter tu non saluaberis.

Tu non saluaberis

Et poterit esse quod tu saluaberis.

CSi vero negatio procedat non exponit sed more predicto per suum dictorium probat vel ipso probat. ubi gra: hec est vera. Lotungenter sor. non saluabilis: quod hec est falsa. Nam lotungenter sor. non saluabilis.

Prima conclusio.

COmnis homo contingenter est: et non non contingenter: uno necessario omnis homo est.

Secunda conclusio.

Contingenter tu curris: et non non contingenter tu curris vel tu non curris.

Tertia conclusio.

Contingenter deus fuit in a instanti: et tamen in a instanti deus necessario fuit.

De ab eterno.

Tractatus tertius

Ab eterno nominaliter resolutur: sed ad uerbaliter pro eternaliter exponitur per duas exponentes sūm exigitam verbi hoc modo. Exemplum de preterito.

Ab eterno deus fuit.

Ante aliquod tempus deus fuit

Et non est vel fuit aliquod tempus finitum quin ante illud deus fuerit.

De futuro.

Ab eterno anima intellectiva erit.

Post aliquod tempus anima intellectiva erit

Et non est vel erit aliquod tempus finitum quin post illud anima intellectiva erit.

Si vō negatio sequereſ eodē mō exponit. si vō pcedit p suū dicitorū pbaſ vel improbatur.

Prima conclusio.

Ab eterno tu fuisti: et tamen non eternaliter tu fuisti.

Secunda conclusio.

Ab eterno fuit aliquod instans: et tamen nullum instans fuit ab eterno.

Tertia conclusio.

Eternaliter erit aliquid quod non eternaliter erit.

De semper.

Semper sumitur duobus modis primo simpliciter pro omni temporis differe-
tia: et sic semper propositio talis in qua ponitur li semper est falsa: secundo respecti-
ue non pro omni tempore sed sūm exigitam verbi: verbi gratia.

De semper absolute.

Semper deus fuit.

Aliqñ de⁹ fuit

Et si ē vel fuit vel erit aliqd aliqñ qn tūc de⁹ fuerit

De semper respectiue de presenti.

Semper tu es.

Aliquando tu es

Et non es aliquid aliquando qn tunctu sis.

De preterito.

Semper deus fuit

Aliquando deus fuit

Et non fuit aliquid aliquando qn tūc de⁹ fuerit

De futuro.

C Semper deus est.

Aliquando deus erit

Et non erit aliquod aliquando qn tunc de⁹ erit.

Si negatio sequitur eodem modo exponitur. si vo precedat probatur vt prius.

dictum est. s. contradictorum suum.

Prima conclusio.

C Semper fuit aliqua dies: r nulla dies semper fuit.

Secunda conclusio.

C Omne quod mouetur semper se habet vno modo.

Tertia conclusio.

C Semper erit alius homo: r tamen nullus homo vivet ultra ducentos annos.

De totus.

C Totus dupliciter potest teneri: primo modo sincathegomaticus: r tantum valet quantum hoc complexum quelibet pars: r tunc est expomibilis sicut vniuersalis affirmativa implicite: sed o cethegomaticus r valet tantum quantum ens completem sine perfectum cui nihil deest. Tenetur autem primo modo quando precedit nullo cathegomatico precedente implicite vel explicite: ut totus sortes est albus. Secundo modo tenetur quando aliquid cathegoema precedit li totus ut sortes est totus albus: id est sortes est quoddam ens perfectum cui nihil deest in albedine: sortes totus est homo: vel sortes est totus homo: id est sortes est homo perfectus cui nihil deest in humanitate.

De totus sincathegomaticice sine negatione sequenti.

Totus sortes est aliquid sortis.

Pars sortis est aliquid sortis. Et nulla est pars sor. qn ista sit aliquid sortis.
C Si vo negatio se quitur li totus: vt totus sortes non est albus: non exponitur: qz equivalet vniuersali negatione: sed probatur per singularia vel per contradictorium ut dictum fuit supra. Similiter si negatio precedit li totus probatur per h̄dicatorium.

Prima conclusio.

C Licet totus sortes sit aliquid sortis: non tamen totus sortes est minor sorte: quia anima intellectiva non est minor: cu non sit quata: r corpus totū sor. non est minus sorte.

Secunda conclusio.

C Licet totus sortes sit pars sortis: non tamen totus homo est pars sortis.

Tertia conclusio.

C In capite tuo est totum quod est in mundo: similiter in anima tua est tota sapientia mundi: non tamen totum quod est in mundo est in capite tuo: nec tota sapientia mundi est in anima tua.

De infinito.

Tractatus tertius

Confinit⁹ sitr p̄t teneri dupl⁹: sicut in theorematice et cathegorematice cathēgoriae
valet tantū cōtrā vñū ens sine p̄ncipio et sine fine: et tūc n̄ exponit. Sicut in
theorematice qn̄ p̄cedit nullo cathegoremate p̄cedente: et tunc p̄t dupl⁹ exponi.
Primo mō in singulari **I**nfiniti tps est elapsum **S**econdo mō in singulari.

Aliquantum tempus est elapsum
Et duplum ad illud: et triplum ad
illud: et sic in infinitum.
Primo mō in plurali nūero

Aliquantum tempus est elepsum: et nūj
lū est vel finit aliquātū tps finitū ela-
psum qn̄ maius illo sit elapsum.

Infinita sūt finita **S**econdo mō i plurali nūero

Finita sunt finita: et i duplo
plura: et in triplo plura: et sic
in infinitum sunt finita

Finita sunt finita: et nō sūt
tot finita qn̄ plura illis sunt
finita.

CSi dō negatio sequatur aut p̄cedat probatur sicut totus.

Prima conclusio

Confinit⁹ corpus p̄t dñs pducere: et non tñ non p̄t pducere corpus infinitū:
qz omne corpus est figurat⁹ ergo finit⁹ quia termino vel terminis clausum.

Seconda conclusio.

Confinitus numer⁹ est finitus: et tamen nullus numerus finitus est in finitus si-
cut infinitis finita sunt plura: et tamen nulla finita plura sunt infinitis.

Tertia conclusio.

Confinit⁹ numer⁹ potes numerare: et tñ non potes numerare numer⁹ in finit⁹.

De officiabilibus.

Conpositio officiabilis est cuius dictum sive oratio infinitiva determinata per
terminum modalem vel concernentem actum mentis in sensu cōposito: hoc mō.
Possibile est sicutem currere.

Hec ppō est possibilis: sicut currit que significat adequate sicut currere.
Necessaria est deum esse

Hec ppō est necessaria: deus est que adequate significat deum esse.
Per se homo est animal.

Hec ppō est per se: homo est animal que adequate significat hominem esse animal.
Per se primo homo est risibilis.

Hec ppō est p se p̄mo: homo est risibilis que adequate significat hominem esse risibile.
Per se non primo sicut est risibilis.

de officiabilibus

Hec propositio est pro se non homo: sed est responsibilis quod adequate significat sort*e* esse responsibile.
Per accidens homo est albus.

Hec propositio est pro accidens: homo est albus:
Scio deum esse que adequate significat homine esse albus

Hec propositio est scita a me deus est
Intellectum est a me sortem sedere que adequate significat deum esse

Hec propositio est intellectu a me: sedet Dubium est mihi regem sedere que adequate significat sor: sedere.

Hec propositio est mihi dubia: rex sedet que adequate significat regez sedere
Prima conclusio

Album potest esse nigrum: et si impossibile est album esse nigrum. Similiter predestinatus potest esse prescitus: et si impossibile est predestinatus esse prescitus.

Secunda conclusio

Omnem hominem contingens est esse: tamen necesse est omnem hominem esse: sicut impossibile est unum hominem non esse: et tamen omnem hominem possibile est non esse.

Tertia conclusio

Tu scis alterum istorum esse verum: demonstratis duobus contradictoriis tibi duobus: et tamen neutrum illorum scis esse verum. Similiter sortem scio esse coram me et tamen nescio sortem esse in rerum natura.

Hic nota quod inst*it* termini: necessiarium: contingens. et possunt sumi duobus modis: primo resolubiliter: ut sunt quedam adiectiva substantia in neutro genere: secundo officiabiliter: ut determinant orationem infinitam quasi suu*r* substantiu*m* sive subiectum. Et iuxta hoc conceditur quod necessarium est quod deus nunquam fuit nec erit nec est: et tamen necessarium est deum fuisse fore et esse. Similiter possibile est quod nihil fuit nec erit nec est: et tamen impossibile est nihil fuisse fore et esse. Similiter si necessario potest teneri dupliciter: scilicet resolubiliter ut sit casus datui vel ablatui et exponitur ut prius patuit: et iuxta predicta proceduntur aliquae conclusiones quarum prima est illa.

Prima conclusio

Necessario tu fuisti productus: et tamen non necessario: immo contingenter tu fuisti productus.

Secunda conclusio

Necessario est te fuisse: et tamen non necessario: immo contingenter tu fuisti.

Tertia conclusio

Necessario aliquid est quod contingenter est: et tamen nihil quod necessario est contingere est.

De scriptibili propositione.

Tractatus quartus

Propositio describibilis est in qua terminus concernens actum mentis determinat incomplexum. Et potest esse dupliciter: quia vel illud incomplexum non est signum complexi: vel est signum complexi.

Si incomplexum non est signum complexi: sic describitur.

Lognoscō sortem.

Intellīgo bonum.

Desidero scientiam.

Recordor matris mee.

Imagīno montē aureū.

Si vero incomplexum est signum complexi: sic describitur:

Scio a propositione.

Lognoscō aliquid ea ratione qua sortes.

Intellīgo aliquid ea ratione qua bonum.

Desidero aliquid ea ratione qua scientia.

Recordor alicuius ea ratione q̄ mater mea.

Imagīno aliquid ea ratione q̄ mōs aureū.

Scio eaequā significatiū a ppōis quod scio adequate significare per a.
Dubito a et b propositiones

Dubito significata adeq̄ta a et b ppōnuꝝ q̄ scio significari pa et b ppōneꝝ^o
Credo hanc propositionem.

Credo adequatū significatiū huius ppōnis q̄ scio adequate significari; perhanc
Isti credunt multas propositiones

Credunt isti adequata significata multarū ppōnum que ipsi credunt adequate
significari p̄ illas.

Mota q̄ ista verba: scio: credo: dubito non possunt determinare nisi complexum
implicite vel explicite: vnde non bene dicitur: scio sortem: sed alia verba vt intelli-
go: cognoscō possunt indifferenter determinare complexum et incomplexum: nam
indifferenter possumus dicere: intellīgo sortem: intellīgo a propositionem: et intel-
līgo sortem currere.

Prima conclusio.

Deum trinum et unum cognouit aristoteles: et tamen aristoteles non cognouit de
um trinum et unum.

Secunda conclusio.

Etsi iudeus odit christum: tamen christum non odit sed amat.

Tertia conclusio.

Venientem cognoscō: et tamen non cognoscō venientem.

De probabilibus per causas veritatis.

Probabilis per causas veritatis est illa propō que habet multis causas veritatis
disjunctive sumptas: sicut incipit: definit et ablatius in consequentia.

De incipit.

consequētiaz

CIncipit probatur per disjunctiūam compositam ex diabūs copulatiis quarū prima sit ex affirmatiua de presenti: et negatiua de p̄terito: et secunda ex negatiua de presenti et affirmatiua de futuro: vt

CSortes incipit esse albus.

Sortes est albus: et non im-
mediate ante instans qđ est
presens sortes fuit albus.

vel

Sortes non est albus: Et im-
mediate post hoc istas qđ
est presens sortes erit albus.

Prima conclusio

CTu incipis esse albus: et non incipis esse coloratus.

Secunda conclusio.

CIncipit esse omne quod est: et tamen non omne quod est incipit esse: nec incipit esse aliquid quod est: licet aliquid quod est incipiat esse.

Tertia conclusio.

CTu incipis videre quēlibet hominem: et nullum hominem incipis videre: nec aliquem hominē incipis videre: nec incipis videre aliquem hominem.

De definit

